



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Metropolis Salisbvr gensis

Continens. Fvndationes Et Erectiones Monasteriorvm, Et Ecclesiarum
Collegiatarum, &c. per Boiarum, ac loca quædam vicina

Hund, Wiguleus

Monachii, 1620

Svben.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13591

quæ statim felicem & quietum ac incrementum jurium, gratiarum & libertatum personarum religiosarum prospiciunt, tantò intendamus vberius, quanto nostram præ cæteris mundi principibus solum magnificentius crexit celestis prouidentia creatoris. Sanè pro parte Religiosorum Præpositi & Conuentus Ecclesiæ S. Ioannis Baptistæ in *Staingaden Angusten*. Diæcesis & ordinis *Præmonstraten*. deuotorum nostrorum dilectorum nostræ Celsitudini exitit humiliter supplicatum, quatenus ipsis & eorum Monasterio vniuersa & singula jura, gratias, priuilegia, libertates, indulga, munimenta, literas, bona, possessiones & prædia, ipsis à Diuis Romanorum Imperatorib. atq; Regibus, prædecessoribus nostris felicissimæ recordationis data, donata, & concessa, datas, donatas, & concessas, & signanter literas quasdã Sec. morum Principum *Henrici & Caroli* genitoris nostri, prædecessorum nostrorum, & omnia in eisdem contenta, de benignitate regia ratificare, approbare & confirmare gratiosius dignaremur. Nos itaq; supplicationibus huiusmodi Maiestati nostræ, pro præfatis Præposito & Conuentu Monasterij prælibati humiliter factis, benignius inclinati, considerantes, & que petitionem ipsorum rationabilem atque iustam, ipsis & eidem Monasterio vniuersa & singula jura, gratias, priuilegia, libertates, indulga, munimenta, literas, bona, possessiones & prædia per ipsos, à Diuis Rom. Imperatoribus atque Regibus, & signanter à Serenissimis Principibus *Henrico & Carolo* Rom. Regibus obtenta & obtentas, in omnibus suis punctis, clausulis, sententiis, & articulis, nõ per errorem aut improvidè, sed sano Principum, Comitum, Baronum, & Procerum nostrorum accedente consilio, ex certa scientia & de Romanæ Regiæ potestatis plenitudine approbauimus, ratificauimus, innouauimus & confirmauimus: approbamus, ratificamus, innouamus, & tenore præsentium gratiosius confirmamus, decernentes ea, & eas perpetuam obtinere roboris firmitatem, ac si præsentibus de verbo ad verbum seriatim essent inserta, ac inserta. Nulli ergò omnino hominum liceat hanc nostræ approbationis, ratificationis, innouationis & confirmationis paginam infringere, aut ei quouis ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem nostram grauissimam, & pœnam in literis prædecessorum nostrorum contentam, & signanter in literis dictorum Serenissimorum Principum *Henrici & Caroli*, se noverit incursum; mediam nostro & Imperij sacri ærario, & residuam partem dictis Præposito, Conuentui & Monasterio in *Staingaden* irremissibiliter persoluentiam, Præsentium sub nostræ Maiestatis sigillo testimonio literarum. Datum *Feltra, Nauensis* Diæcesis, anno Domini 1425. 26. die Martij, Regnorum nostrorum anno *Vngaria 28. Romanorum 15. Bohemie* verò quinto.

S V B E N.

Iuxta Oenum in Inferiore Bauaria Engelbertus, certius huius nominis Dux ^{Auent. in} Charinthiæ de familia Comitum Ortenbergenium vnà cum coniuge sua ^{annal. fol} Vta ^{552.} Comitissa de Sulz pach, seu, vt alij ponunt, de Bücten, quod verisimilius puto, constituerunt, seu, vt vulgò dicitur, fundarunt Monasterium Suben; pro Canonicis Regularibus S. Augustini, quod hodie valdè exiguas ac tenues habet redditus. In quodam scripto Catalogo Episcoporum Tridentinorum, ex Iohanne Pincio, reperio ita scriptum, Altemannus ex Comitibus Bauariæ fundator Monasterij Suben, Diæcesis Pataviæ, &c. Episcopus 67. Auentino plus crediderim, qui sine dubio vetera monumenta illius Monasterij vidit.

ADDITIONES.

EX antiq. Monument. & moderni Præpositi *Suben*. literis apparet, haud omnino abs re esse, quæ de fundatoribus huius Monasterij *IVTA*, & *Altmanno* Episcopo *Tridentino* narrantur.

Tutæ sepulchrum monstratur in templo Monasterij ante aram S. Crucis, lapis nimirum erectus, cum hac inscriptione: *Hier leit die Hochgeborne Chünigliches geschlechts zu Ungern/ genant Tutæ Stifterin diß gegenwärtigen Gottshaus hic zu Suben gestorben/ 1136. Calendis Maij.*

DE *Altmanno* Episcopo *Tridentino* ex sequentibus constat; & scriptura *Subensis* sic habet: *Piæ memoriae R. d. in Christo Pater, & Dñs Altmannus* Episcopus *Tridentinus* pro diuini cultus augmentatione. & Fratrum inibi altissimo famulantium sustentatione, de bonis suis patrimonialibus, quæ in dicto loco *Suben* habebat, ac aliis rebus & bonis ad ipsum jure hereditario deuolutis dictum Monasterium similiter donauit circa Annum 1226. ac pro Monasterij prospero & felici regimine inter alia voluit, quod in dicto Monasterio regularis obseruantia & monastica vita secundum regulam *S. Augustini*, quam in Ecclesia *Salzburgen*, pro Canonicis inibi per *Conradum* Archiepiscopum primitus institutam, & per eosdem tunc Canonicos dictæ Ecclesiæ suo tempore teneri & obseruari viderat, institueretur: & etiam quod vacatione Præposituræ dicti Monasterij occurrente Præpositus & Capitulum dictæ Ecclesiæ, in qua tunc Regularis obseruantia vigeat, vnum ex Canonicis dictæ Ecclesiæ, in regulari obseruantia & vitâ monasticâ instructum, dicto Conuentui ad petitionem Decani & Conuentus mittere debeant. Et hæc quidem sic se habebant, illis temporibus antiquis.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ trinitatis *Altmannus* Dei gratia *Tridentinus* Episcopus. Quoniam pontificalis sedis sublimitatem Dominica dispositione cõfiscendimus ecclesiis pro possè nostro exaltare siue amplificare summopere curauimus, notum ergo esse volumus tam instantis quam futuri tẽporis fidelib⁹, quod ego ob Dominicæ remunerationis obtentum inter cætera donaria quæ ecclesiæ *Salzburgen*, donauit pro remedio animæ meæ & progenitoris mei *Adalscalci* Comitis cui post mortem hereditario jure successi tradidi ad præfatam ecclesiam locum *Subene* dictum super ripam. Eni fluminis situm jure perpetuo possidendum cum omnibus suis pertinentiis quæ jusse & legaliter habuit & in futuro largitione fidelium habiturus est ad instituendum ibi apostolicam vitâ secundum regulam beati *Augustini* sicut in eadem principali ecclesia Canonicos in Dei seruitio viuere regulariter vidi tali forma, vt in locum jam dictum *Suben* nullus Præpositus imponatur nisi quem Præpositus ecclesiæ *Salzburgen*, cum Canonicis illius sedis illuc destinauerint, & sua auctoritate ad conseruandum ibi regularẽ vitam ordinauerint & præfecerint. Nec habeant eiusdem loci fratres eligendi potestatem sibi magistrum nisi quem præfati Canonici cum Præposito suo ipsis deputauerint & ad regimen loci miserint. Quo decedente à prænominata ecclesia humiliter magistrum & rectorem vitæ sibi expectant & datum deuotè accipiant & in Domino diligant & obediant. Et illo mortuo in reliquum sine contradictione sicut diximus pro magistro ad prætaxatam sedẽ veniant, vt in omnibus hæc nostra statuta sequen. in Domino crescant, vt de eis dicatur: Omnes gemellis feribus & sterilis non est in eis. Vt autem hæc nostræ donationis & institutionis confirmatio in præfenti ac in futuro tempore firma consistat hoc priuilegium inde conscriptum sigillo nostro insigniri iussimus. Si qui verò temerarij & Deo rebelles viri prætaxata bona inuaserint & ausu nefario nostram institutionem disturbare, immutare presumpserint auctoritate patris & filij & spiritus sancti formiduloso anathematis vinculo vsque ad condignâ satisfactionem conscripti permaneant. Hæc autem acta sunt præfente & suscipiente

piante hoc R:do archiepiscopo *Conrado & Gebeone* Prapósito astantibus & astipulantibus venerabilibus fratribus *Vdalrico* videlicet Abbate S. Petri, *Hugone* Prapósito *Bertergadinie*, *Gerbao* Prapósito *Reichersperge*, *Gumaro Babone*, *Hainrico Ottone*, *Lamperto*, *Lintoldo*, *Rudberto*, *Leone* & vniuersis eiusdem *Salzburgen*. ecclesie Canonice & aliis quã plurimis probis & honestis clericis & laicis subscriptis *Heinrico de Chatsse*, *Meingoro de Sarsberg*, *Adalberone de Dyetmaningen*, *Lutoldo de Sirdorff*, *Wisunt de Wonegone*, *Ottone* cognato eius & aliis quã pluribus eiusdem ecclesie ministerialibus. Acta sunt hæc in *Salzburg*. ecclesia Anno ab Incarnatione Domini M. C. XLII. Indictione quinta feliciter Amen.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis *Eberhardus Salz.* Eccl. Dei gratia Archiep. *Chunoni Subens* pposito in perpetuũ. Vt ea quæ vel per sententiam decisa, vel consilio fuerint terminata, nulla tergiversatione valeant vterius in litem reuocari, dignum est ea ad perpetuam memoriam scripturæ mandari. Vnde nos præsentis pagina tam nostri quam futuri temporis Christi fidelibus significamus, quod pia memoria *Tridentinus* Episcopus *Altmannus Subnensem* Ecclesiam à quadam regina *Tutis* nomine, de qua secundum carnem genus duxit primo fundatam, sed succedentibus hæredibus circa diuinum cultum munus deuotissimam religione quam reditibus dilapsam, restaurauit, & ablatas possessiones partim vt potuit restituit, de que suis nonnulla supererogauit. Inter cetera vero bona quæ eidem Ecclesie contulit, Ecclesiam sanctæ *Margaretæ* apud *Hengest* cum dote & dotalibus mancipiis, arcem vbi curia quondam modo nouella vinea plantata est cum curte stabularia, pars *Hakhesdorff* quod vtrumque cum omnibus suis pertinentiis mancipiis videlicet arcis, agris, campis, pratis, pascuis, cultis & incultis, siluis, venationibus, piscationibus, & omnibus quæ sitis & inquirendis locauit in manum Marchionis *Engelberti de Chreyburch*, qui rogatu ipsius Episcopi delegauit ea *Subens* Ecclesie in consecrationem altaris. S. M. A. R. I. E. quod memoratus Episcopus consecrauit ac eisdem prædiis dotauit, Anno Domini M. C. XXXVI. Indict. XIV. II. Calendis Maij, regnante *Lothario* Imperatore, III. Sub antecessore nostro venerandæ memorie Archiepiscopo *Chunrado*. Cuius rei testes sunt, *Albrvinnus*, & filius eius *Erchinbertus*, *Pilgrim* & filij eius *Albrvinnus*, & *Otto*, *Adalbero* & *Vdalschalch* de *Torrington*, *Rudgerus* de *Winden*, *Cunradus* de *Holzhausen*, *Ekkloff* de *Possinmunsture*, & *Otto* & *Herrich*, *Hanrich* de *Brunsburch*, *Iohann* de *Snellendorff*, *Pabo*, *Gerboto*, *Pilgrim*, *Penno*, *Gerolt*, & alij quam plures. Horum autem prædiorum vsus longo tempore sibi vsurpauit *Engelschiltus* de *Libniz* parrochianus. Qui ab eiusdem Ecclesie præposito tunc *Chunone* sepius super hoc prouocatus ad iudicium in nostra præsentia, hac se tuebatur responsione, quod ea non inuasionem, sed prætaxati Episcopi Domini sui largitione possideret, Prapositus autem prætendebat priorem donationem factam Ecclesie, posteriori prærogare, & Episcopum A. hæc eadem bona non solum donasse, immo à memorata regina quondam collata, modo ecclesie quasi etiam restituisse. Nos itaq; neutram partem per sententiam grauare, vel vtilitate sua nudare volentes, quoniam & ipse E. donationem eiusdem Episcopi cum castro *Hobenburch*, cum omni sua possessione deuenerat in proprietatem ecclesie nostræ consilio venerabilis *Gurcen*. Episcopi *Romani*, aliorumq; prælatorum ac fidelium nostrorum deliberatione, vtriusque partis assensu & electione, post largitiones plurimas huic causæ hæc conuentione finem dedimus.

Memo.

Memoratum Eng. legatione supradictorum prædiorum, totiusq; prædij sui quæ extra proprietatem ecclesiæ causa effugij in manum *Styrensis* Marchionis locauerat, ne videlicet apud nostrum forum super hoc conueniri deberet, per sententiam recipere coegimus, & in manum *Friderici de Lonsberch* ministerialis Ecclesiæ per manum eiusdem marchionis delegare, delegandum quo ipse postulauerit & nos consulerimus, Habebat autem *Suben*. Ecclesia in eadem vicinia duas villas *Sedingen* & *Haslach* in sua proprietate. Vilitatem igitur istarum villarum, idem E. à præposito nostro consilio eo tenore recepit, vt post obitum suum vel si prius deliberauerit, & supra nominata prædia quæ ab ipso repetebat *Suben*. Ecclesia recipiat, atque adiacentia quæ suæ proprietatis apparebant, exceptis quibusdam villis ultra *Muram* sitis. Pro hac ergo precariatione & pro sua suorumque parentum, nec non sepediti Domini sui Episcopi, *Al.* perpetua redemptione, vna cum manu matris suæ *Diemuot* nomine, & per manum memorati *F. de Lonsberch*, delegauit beato *Lanberto* & fratribus *Suben*. Ecclesiæ in proprietatem, quicquid apud *Stammarcht* visus est qualicumque possidere, nec non. vtrumque *Parschalchesdorf*, & *Levvana* cum omnibus suis pertinentiis, cultis & incultis, quæ sitis & inquirendis, & cum omni vtilitate quæ quolibet modo ibi poterit prouenire. Et ad firmitatem huius traditionis & in testimonium proprietatis præfatam Ecclesiam S. MARG. cum dote & omnibus quæ ad ipsam pertinebant, atque prænominate villas quæ delegauerat cum duabus villis *Seding.* & *Haslach* à manu nostra & *Gurc.* Episcopi R. & sepediti Præpositi *Chun.* in beneficium donec vixerit recepit, & singulis annis ad huius rei iudicium & memoriam pro taxatione vnius bouis XL. nummos *Frisacensis* monete. *Subn.* ecclesiæ persoluere debebit. Huius rei testes & auctores fuerunt, *Romanus Gurc.* Episc. *Romanus* eiusdem sedis præpositus, *Hainricus Salzburg.* Abbas, *Gerobus Richersberg.* Præpositus. *Rudbertus, Wilhelmus, Valtricus,* Capellani, & plures de Clero, Laici quoque *Gotfridus de Werde, Burchardus de Staine, Hainricus* filius roris eius, *Carolus de Mandilkirchen, Eberwinus de Lobsin, Dietmarus de Ergolingen, Duingus de Weruen, Ekkehardus de Tannen, Marchwardus de Vzingen,* & filius sororis eius, *Marchwardus, Wisent de Bongu, Fridericus de Besturva, Fridericus de Lonsberch, Gotfridus de Wietingen, Rudolf de Duonesberch, Chuno, Sigmarus, Rudolff de Libniz, Rudgerus de Wilkirchen,* & alij quam plures. Actum *Libniz,* anno Dominicæ incarnationis M. C. LIII. Indiæ. 2. 13. Calen. Ian. Anno secundo *Friderici* reg. Anno vero nostri pontificatus 7. feliciter Amen.

Eugenius Episcopus Seruus Seruorum Dei, dilectis filiis *Iohanni* Præposito, beati *Lamperti Subnen.* Ecclesiæ, eiusque fratribus tam præsentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum. Quotiens illud à nobis petitur quod religioni & honestati conuenire cognoscitur, animo nos decet libenti concedere, & petentium desideriis congruum impertiri suffragium. Huius rei gratia, dilecti in Domino filij, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, & præfatam Ecclesiam in qua diuino mancipati estis obsequio, sub beati *Petri* & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti patrocinio cõmunimus. Statuentes vt quascunq; possessiones, quæcunq; bona in præsentiarum iustè & canonicè possidetis, aut in futurum concessione pontificum, liberalitate Regum, largitione principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis præstante Domino poteritis adipisci, firma vobis vestrisque successoribus & illibata permaneant, in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis, Ecclesiam sanctæ *Margarethæ* virginis ad *Hennst.* cum curte stabularia & omnibus pertinentiis suis. Ecclesiam *Mallentin* cum omnibus pertinentiis suis, quemadmodum à vene-

à venerabili fratre nostro *Conrado Saltzburgen*. Archiepiscopo vobis rationabiliter sunt & scripto firmatae, Datum istius Bullae sub verborum tenore est tali. Datum *Laterani* per manum *Roberti sanctae Romanae Ecclesiae* presbyteri, Cardinalis & Cancellarij, pridie Non. Januarij, Indictione nona, Incarnationis Dominicae Anno millesimo quadragesimo sexto, pontificatus verò Dn. *Eugenij* tertij PP. anno primo.

GREGORIUS Episcopus Servus Servorum Dei, dilectis filiis Praeposito beati *Lamberti Subnen*. eiusque fratribus tam praesentibus quam futuris, regularem vitam professis, in perpetuum. Quotiens à nobis petitur quod religioni & honestati convenire dinoscitur, animo nos decet libenti concedere, ac petentium desideriis congruum suffragium impertiri. Eapropter dilecti in Domino filij vestris iustis postulationibus clementer annuimus & Ecclesiam beati *Lamberti Subnen*. in qua diuino mancipati estis obsequio, ad exemplar felicitis recordationis *EVGENII* PP. praedecessoris nostri sub beati *Petri* & nostra protectione suscipimus, & praesentis scripti privilegio communitimus. In primis siquidem statuantes, ut ordo Canonicus qui secundum Deum & beati *Augustini* regulam in eadem Ecclesia institutus esse dinoscitur perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obseruetur. Praeterea quascunque possessiones, quaecunque bona eadem Ecclesia in praesentia um iuste ac Canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis praestante Domino poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus & illibata permaneant. In quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum ipsum in quo praefata Ecclesia sita est, cum omnibus pertinentiis suis, Ecclesiam ad *Hengst* cum Curte stabularia & omnibus pertinentiis suis, Ecclesiam *Mallentin*. cum omnibus pertinentiis suis, *Parfalschedorff*, *Meizensteine*, *Rusnize*, *Rakbanizbe*, cum decimatione & omnibus pertinentiis suis. *Sedingen* cum venationibus & piscationibus, *Perindorf*, *Preurath*, *Hafslaba*, *Suarzaba*, *Glojach*, *Albatzperge*, *Sulba*, *Suarcimbach*, *Sorvein*. *Criezpach* cum nauigio & parte siluae ipsius loci. In *Asca* quartam partem telonei. Decem mansos in *Grantempere*, *Pratmarhorven* cum omnibus pertinentiis suis. Decimam quam habetis in praedictis sitis in *Carinthia*, *Merlinspach* ad pueros, *Peigarten*, *Pratempere*, *Teufenpach*, *Ruede*. Inferius *Haupach* & superius *Haupach*, *Routhaim*, *Vesperting*, *Prathe*, *Shergaren*, *Andorff*, *Pospberg*, inferius & superius *Lauterbrunne*, *Gabaltheshaim*, *Miterndorf*, *Engelbartsperge*, *Weide*, *Oede*, *Pratempach*, *Arve*, *Paldvinsdorf*, *Adalmaninge*. *Ludhaim*, *Engelpoltsede*, *Chaltenmarchte*. *Reute*, *Sheusdorf*. *Vieih*. *Staineinzoune* *Lobe*, *Nasla*, *Haslpach*. Inferius & superius *Ceisaperge*, *Wezendorf*, *Duorigelspach*, *Dithalminge* sub quercubus. *Peringe*, *Weizenarve*, *Ekkenperge*, *Hebenspach*, *Sleter* in monte. *Puche*, *Stainpach*, *Oede*, *Duostoke*, *Chobel*. *Oberhouen*. *Pufenperge*, *Eibach*, *Ekkartesreute*, *Steuendorf*, *Prukke*, *Ritzinge*, *Ascha*, *Grunenpach*, *Micheldorf*, *Pramerdorf*, *Molendinum* apud *Pramam*, *Petheringe*, *Heide*, *Rospache*, *Snellendorf*, *Dorf*, *Aiche*, *Otendorf*, *Vtenhaim*, inferius & superius *Teufenpach*. *Lobe*, inferius & superius *Pramarve*, *Reiteinsreute*, *Piriche*, *Odeinrinte*, *Penzeriute*, inferius & superius *Visenhart*. *Stoche*, *Nidehaim*, *Grub*, *Nermansdorf*, *Geroltinger*, praedium *Niternholze*. *Furt*, ad *Rubertum* fabri. *Vngring*, *Sherdinge*, cum piscationibus & parte nauigij ipsius, *Chounich*, *Chemericch*, *Grub*, in *Austria*, *Suvancim*, *Wazemansperge*. *Cholmunz*. *Pirenbac*. *Chunispach*. *Roz*, *Zohensunstorff*, *Hunthaupt*, *Chrotental*, *Hegoltshaim*, *Aushaim*, *Snellaim*, *Risting*, *Harde*, *Obernarve*, *Inzinge*, *Winchil*, inferius *arve*, nec non terras & alias possessiones cum pratis, vineis, nemoribus, vsuagiis & pascuis, in bosco & plano, in aquis & molendis,

dinis, in. viis & semitis, & omnibus aliis libertatibus & immunitatibus suis. Sane noualium vestrorum quæ propriis manibus aut sumptibus colitis, de quibus aliquis hætenus non percepit, siue de vestrorum animalium nutrimentis, nullus à vobis decimas exigere, vel extorquere præsumat. Liceat quoque vobis clericos vel laicos liberos & absolutos è seculo fugientes ad conuersionem recipere, ac eos absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper vt nulli fratrum vestrorum post factam in Ecclesia vestra professionem fas sit sine Præpositi sui licentia nisi arctioris religionis obtentu de eodem loco discedere, discedentem vero absque communium litterarum vestrarum cautione nullus audeat retinere. Cum autem generale interdictum terræ fuerit, liceat vobis clausis januis, exclusis excommunicatis & interdictis, non pulsatis campanis, suppressa voce diuina officia celebrare, dummodo causam non dederitis interdicto. Chrisma vero, oleum sanctum, consecrationes altarium seu basilicarum, ordinationes clericorum qui ad ordines fuerint promouendi, à Diocesano suscipietis Episcopo, siquidem catholicus fuerit, & gratiam & communionem sacrosanctæ Romanæ sedis habuerit, & ea vobis voluerit sine prauitate aliqua exhibere. Prohibemus insuper vt infra fines parochiæ vestræ nullus sine assensu Diocesani Episcopi & vestro Capellam seu oratorium de nouo construere audeat, saluis priuilegiis pontificum Romanorum. Adhæc nouas & indebitas exactiones ab Archiepiscopis & Episcopis, Archidiaconis, seu Diaconis, aliisque omnibus ecclesiasticis secularibusue personis, à vobis omnino fieri prohibemus. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse decernimus, vt eorum deuotioni & extremæ voluntati qui se illic sepeliri deliberauerint, nisi forte excommunicati, vel interdicti, aut etiam publici vsurarij sint, nullus obstat. Salua tamen iustitia illarum ecclesiarum à quibus mortuorum corpora assumuntur. Decimas præterea & possessiones ad ius ecclesiarum vestrarum spectantes, quæ à laicis detinentur redimendi & legitime liberandi de manibus eorum & ad Ecclesias ad quas pertinent reuocandi libera sit vobis de nostra auctoritate facultas. Obeunte verò te nunc eiusdem loci Præposito vel tuorum quolibet successorum nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia præponatur, nisi quem fratres cõmuni consensu vel fratrum maior pars consilij sanioris, secundum Deum & beati Augustini regulam prouiderint eligendum. Paci quoque & tranquillitati vestræ paterna in posterum sollicitudine prouidere volentes, auctoritate apostolica prohibemus vt infra clausuras locorum vestrorum nullus rapinam seu furtum facere, ignem apponere, sanguinem fundere, hominem temere capere, vel interficere, seu violentiam audeat exercere. Præterea omnes libertates & immunitates à prædecessoribus nostris Romanorū Pontificibus ordini vestro concessas, nec non libertates & exemptiones secularium exactionum à Regibus & Principibus, vel aliis fidelibus rationabiliter vobis indultas, auctoritate apostolica confirmamus & præsentis scripti priuilegio communimus. Decernimus ergo vt nulli omnino hominum liceat præfatam ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conseruentur eorum pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt vsibus omnimodis profutura. Salua sedis apostolicæ auctoritate, Diocesani Episcopi canonica iustitia, & in prædictis decimis moderatione concilij generalis. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisue persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens contra eam temere venire tempta-

tempa;

rempauerit, secundo tertioque commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui careat dignitate, reamque se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo corpore ac sanguine Dei & Domini redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ subiaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco sua iura seruantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum iudicem præmia æternæ pacis inueniant. Amen, Amen, Amen.



Ego Gregorius catholicae Ecclesiae
Episcopus ff.



- ✠ Ego Thomas tit. S. Sabin. presbyter Cardinal. ff.
- ✠ Ego Guisfred. tit. S. Mariae presbyter Cardinal. ff.
- ✠ Ego Svrbaldus tit. S. Laur. in Lucan. presbyter Cardinal. ff.
- ✠ Ego Stephanus S. Mariae trans Tiberim. tit. Calixti presbyt. Cardin. ff.
- ✠ Ego Iohannes Sabinen. Episcopus ff.
- ✠ Ego Iacobus Tusculanus Episcopus ff.
- ✠ Ego Rainaldus Ostien. & Velleten. Episcopus ff.
- ✠ Ego Ramerius S. Mariae in Cosmidin. Diaconus Cardinal. ff.
- ✠ Ego Egidius sanctorum Cosma & Damiani Diaconus Cardinal. ff.
- ✠ Ego Otto S. Nicolai in Carcere Tulliani Diac. Card. ff.

Datum Interamn. per manum Magistri Guillelmi sanctæ Romanæ Ecclesie Vicecancellarij. V. Calendas Decembris. Incarnationis Dominicæ Anno M. CC. XXXVI. Indictione X. Pontificat. vero Domini GREGORII PP. IX. Anno Decimo

Wir Heinrich der Elter / vnd Heinrich vnd Bernhart / die Jüngern von Schawenberg / veriehen an diesem Brieff / vnd thun allen den chunt / die in nu gestunt vnd chunfechtlich vernemmen / das wir dem Gotteshause ze Subn / das von vnsern voderen / den Gott genade gestiftet ist / vnd des wir Vogt vnd Herrn sein / so getan recht / niwen / als ist an vnserer mauttestet ze Ascha / von vnsern voderen gehabe hat / vnd wollen vnd geben in das recht / swas ist Weins vnd Kornes ze Desterriche hab dan ze Subn / in das Hause ze spise gehöre / das das desselben Gotteshauses / Probst / Herz oder Pfleger swer die sin ze Aschach / vnbeswaret / an alle Mautte / für fürn / vnd das in dan stete vñ vnuercheret belibe / von vns / vnd von allen vnsern nachkommen. Des geb wir diesen Brieff ze ein in Dreyhunde vnd ze einer stætte / versigelt mit vnsern Insigelen. Desser rede sind gezüge / Herr Sibran von Weltinge / H. Dietmar von Aistercheing / H. Sighart von Grube / H. Vlr. von Weidenholze / Vlr. Weltinger / Vlr. der Strachner / Bernher von Porshaim / Bernher von Kotensels / Vlr. von Impendorf / Christan der Siphinger / vnd ander piuder Liute. Diser Brieff ist gegeben ze Schawenberg / an S. Kattrin tag / do von Christes geburt waren ergangen / tausent Jar / dreu hundert Jar / vnd darnach in dem ersten Jar.

Metrop. Salub. Tom. III.

H Heinrich der Elter von Schawenberg/ ver gibe an diesem Brieffe/ vñ thun als
 den den chunt/ die in vernemen/ daz min Herre der hohe Herzog Stephan von
 Beyrn/ nach miner bey/ vñ durchschlag/ des Erwarn Probstis/ vñ des Con-
 uentes ze Subn/ des ich Vogt/ vñ Herre bin/ vmb manigen gedrehten vñ vnrecht/ den sie
 habent von jr vrbares Luten/ vñ von den gebouren/ die vff des Gotteshauses gut/ sistent/
 vñ nicht dienen/ daz sie ze rechte dienen solten/ solche genade/ mit samptemir geihan hat
 dem vorgeanten Gotteshause/ daz weder er/ noch sin Diatum/ nach sin Richter/ nach
 Ampte Kute/ nach ich noch dheim min Richter/ deheim Richter sollen d' getindem vor-
 genanten Probst/ oder getindem Conuente ze Subn/ vñ erberecht chait/ des er gibe ze ha-
 ben vff des Gotteshauses vrbere/ er hab danne ober dz selbe erberecht/ hantuefle vñ Brieff/
 von dem Gotteshause den man gelouben sol. Dnd swer dar vber/ sz sin holden/ oder ge-
 bouren/ dem offte genanten Gotteshauses/ sinen Zins/ Dienst/ vñ Stiffe/ wider recht ver-
 habt/ oder ehriemacher/ vñ nimbt/ des jm/ weder der Probst/ nach sin Conuente ver gibe
 vñ nicht diene/ daz er ze rechte dienen soll/ der müz meiner Hulde enberñ/ vñ scheidet in
 dannach von dem waren Brieffen/ die er von dem Gotteshause hab. Difer Brieff ist ge-
 geben ze Landorbe/ da von Christes geburt wern/ tausent Jar/ driu hundert Jar/ vñ in
 dem sechsten Jar/ an dem Wittichen/ Tyburey vñ Valeriani.

Ir Reich vñ Heinrich gebrüder/ Grafen von Schawenberg/ veriehen vñ be-
 kernen öffentlich/ mit dem Brieff/ vñ thun chunt allen den die in ansehen/ oder
 herent lesen/ dienn lebent/ oder hernach chunfftig werdent/ daz die Erbern geist-
 lichen Leut/ Herr Andre der Probst vñ daz Capitel des Gotteshauses ze Subn/ daz von
 vnsern voruodern/ den Gott genedig sey/ gestiftet ist/ vñ des wir Vogt vñ Herren sein/
 bey vns gewesen sind/ vñ habent vns vnderwysset/ der freyung die daz vorgeant Gottes-
 haus/ an vnser Maut ze Aschach von vnsern vordern gehabt habent. Nu wollen wir
 Gottsgab vñ gute werich/ die vnser vordern/ vns an vns/ geben vñ gehardlet habent
 nicht abnemmen/ sonder bezern sollen ze allen zeiten/ vñ haben angesehen/ daz sich der
 vorgeant Probst vñ daz Capitel vnser ergenanten stiffe ze Subn/ mit jr andacht vñ
 gutem willen vns vñ den vnsern/ in allen sachen dienstlich erzalgent/ vñ haben jhr
 freyung durch Gott vñ besundern gnaden vernewert/ mit so gethanen außgenommen
 worten/ als hernach geschriben siehet. Also daz wir wollen vñ geben dem Ehegenanten
 Gotteshaus/ daz rechte swas es Weins vñ Korns ze Desteretah hab/ daz ze Subn in daz
 Haus ze speis gehört/ daz/ daz/ daz selben Gotteshaus Probst/ Herre/ oder Pfleger swer
 die sein ze Aschach an vnser maut vnbeswert an alle Maut für siken. Dnd daz jm daz
 allez stet vñ vzerbrochen bleib/ von vns vñ von allen vnsern nachkommen/ dar über ze
 einem verhund geben wir den Brieff versigelt mit vnsern Insigeln/ dergaben ist ze
 Schawenberg/ an Sand Bartholomeus abent/ nach Christes geburt dreyzehnen hundert
 Jar/ vñ in dem drey vñ sechzigsten Jar.

Ir Graf Hainrich von Schawenberg veriehet vñ bezeichnen öffentlich mit dem
 Brieff/ allen den/ die ihn ansehen/ oder hörent lesen/ die nu lebent/ oder hernach
 chunfftig werdent/ daz die Erbern geistlichen Leut Herr Andre der Probst vñ
 das Capitel des Gotteshaus ze Subn/ daz von vnsern voruodern/ den Gott genedig sey
 gestiftet ist/ vñ des wir Vogt vñ Herren sein/ bey vns gewesen sind/ vñ habent vns vñ
 derweisset/ der freyung/ die daz vorgeant Gotteshaus an vnser Maut ze Aschach
 von vnsern vordern gehabt habent. Nu wollen wir Gottsgab/ vñ gute werich/ die
 vnser vordern/ vns an vns/ geben vñ gehandelt habent nicht abnemmen/ sonder bezern
 sollen ze allen zeiten/ vñ haben angesehen/ daz sich der vorgeant Probst vñ daz Ca-
 pitel vnser Ehegenanten Stiffe zu Subn mit jr andacht/ vñ gutem willen/ vns vñ
 den vnsern inn alle sachen/ dienstlich erzalgent/ vñ haben jhr/ jhr freyung durch
 Gott/ vñ besundern gnaden/ vñ durch jre fleiziges bet willen vernewert/ mit so gethanen
 auß

aufgenommen worden/ als hernach geschrieben stet. Also das wir wollen/ vñ geben dem egenanten Gottshaus das Recht woz es Weins vñ Chorns ze Osterreich hab / dz zu Suben in das Haus ze speis gehört/ das/ das/ desselben Gottshaus Probst / Herr/ oder Pfleger swer die sein/ ze Aschach/ an vnser Maut vnbeswärt an alle Maut für füren vñ das in das alles stet vñ vnzerbrochen bleib/ von vns/ vñ von allen vnsern nachkommen / darüber ze einnem vrechunt geben wir in den Brieff ver sigelten mit vnsern grozzen anhangenden Insigel/ der geben ist ze Schowüberch an freytag nach Sand Lucien tag / da man zalt nach Christi geburt/ dreyzehen hundert Jar/ vñ darnach in dem fünff vñ sybensigsten Jar.

Wir Wilhelm Graf zu Schawnberg bekennen öffentlich mit dem Brieff allen die die in sehen oder herent lesen. Daz wir geret vñ taydinge haben mit dem Erwürdigen Herrn / Herrn Andre Probst zu Subn vñ mit dem Conuent vñ mit dem Gottshaus daselbst. Daz wir nach taympst von vnsern begen dhain ansprach nicht habenschullen hins den Egenanten Herrn vñ Gottshaus von der Vogtey wegen dez vorgeannten Gottshaus vñ in keinen sachen sienichte taypdigen schullen nach beswären weder klein nach groz wie dann daz genant ist dew weil vñ wir mit vnserm bruder Graf Heinrich nicht verricht vñ verainet sein. Vñ des zu einen waren erkund / vñ sicherhait geben wir vorgeanter Graf Wilhelm dem Egenanten Herrn Andre Probst zu Subn vñ mit dem Gottshaus daselben den Brieff versigelt mit vnserm anhangenden Insigel vñ verbiaden vns darunder mit vnserm trewen allez statt zu haben / daz vor an dem Brieff ist ver schreiben. Daz ist geschehen do man zalt von Christes geburt tausent Jar drey hundert Jar / vñ in dem syben vñ sybensigsten Jar dez Montags vor Marie Magdalena.

Wir Graf Ulrich/ Graf zu Schawnberg/ veriehen vñ bekennen öffentlich mit dem Brieff/ allen den die in ansehen oder herent lesen / die noch lebent oder hernach künfftig werdent/ das die Erbern geistlichen Leite/ Herr Ulrich der Probst vñ das Capitel des Gottshaus ze Suben/ das von vnsern voruordern/ den Gott genädig sey gestiftet ist / vñ des wir Vogt vñ Herren sein/ bey vns gewesen sind/ vñ habent vns vnder weiser/ der freyung die dz vorgeannte Gottshaus an vnser Maut ze Aschach von vnsern vordern gehabt habent. Nu wollen wir gang ab/ vñ gutew werich die vnser vordern nun an vns geben vñ gehandelt habent nicht abnehmen/ sondern bessern sollen ze allen zeiten / vñ haben angesehen das sich der vorgeant Probst vñ das Capitel vnser egenanten Stifte zu Suben mit ihre andacht vñ gutem willen/ vns vñ dem vnsern in allen sachen dienlich erzeigen/ vñ haben in jr freyung durch Gott vñ besundern gnaden/ vñ durch jr fleissigen bet willen vernewert/ mit so getanen außgenommen wörter als hernach geschrieben stet/ Also daz wir wollen vñ geben den egenanten Gottshaus das Recht swas es Weins vñ Korns ze Osterreich hab das zu Subn in das Haus ze speis gehört/ das das desselben Gottshaus Probst / Herr oder Pfleger swere die sein ze Aschach an vnser Maut vnbeswärt an alle Maut für füren / darumb vmb die gnad so wie dem egenanten Gottshaus getan haben mit der freyung sollen sie vns alle Jar jarlichen einen jar tag bezgen an Sant Johannes tag ze Subenten des abents mit einer gesungenen Vigili/ darnach des morgens mit einem gesungen sele Amyt vñ mit zweyen gesprochen Messen/ vns vñ vnsern vordern sele heil willen vnsern nachkommen / vñ das in das alles stet vñ vnzerbrochen bleib / von vns vñ von allen vnsern nachkommen/ darüber zu einem erkund geben wir in dem Brieff versigelten vñ mit vnserm anhangenden Insigel/ der geben ist ze Schawnberg an Mittwoch vor Sand Peters vñ Pauls tag der heiligen zwelfspotten/ da man zalt nach Christi geburd dreyzehen hundert jar/ darnach in dem Siben vñ neunzigsten jar.

Fridericus Dei gratia Dux Austriae & Stir. Dm Carniol. March &c. Pontis naonis.
Vniuersis tam presentibus quam futuris ad quos presentes peruenerint in

Metrop. Salub. Tom. III.

perpetuum. Veniens ad nostram præsentiam honorabilis vir Præpositus Ecclesie in *Suben*, quoddam priuilegium Ecclesie memoratae per Illustrē quondam *Fridericum* Ducem *Austrie & Stir.* nostrum prædecessorom indultum, & postmodum per serenissimum Dñm & genitorem nostrum Dominum *Albertum* quondam *Romanorum* Regem, tunc Ducem *Austrie* confirmatum petiuit humiliter de nostra speciali gratia confirmari. Est autem eiusdem priuilegij per omnia tenor talis: In nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis Amen. *Fridericus* Dei gratia Dux *Austrie & Stir.* Dn. *Carn. March. Pontisnaonis* &c. omnibus hoc scriptum inspecturis in perpetuum, Licet victus sui gratia sit ad omnes generaliter pietatis operibus exercenda, specialiter tamen hiis eius sunt beneficia impendenda qui pro decore Dñus Domini nitore conscientie sub speciali quodam regularis discipline studio vigilare iugiter consueverunt. Quapropter virtutis stimulo quæ ad liberalitatis dona mentes solet excitare Principum, inuitati ad studiosam Domini *Gregorij Subnen.* Ecclesie Præpositi instantiam omnium vestigalium victualia congregationis D E O ibidem in humilitate conuersationis spiritualis imperpetuum militantis apud *Neuburgk* per *Enns* fluum ascendendo siue descendendo quemadmodum ipsi per bonæ memoriæ *Henricum* Illustrē Marchionem *Austrie* aliquando concessum fuerat & indultum liberum transitum absque muta pro remedio nostræ animæ duximus concedendum. Similiter & mansum unum juxtariud *Pirnbach* in villa *Harvvart* vulgariter appellatam, sicut in priuilegio Domini Marchionis super hoc edito plenius est expressum eidem dedimus tali modo, vt omnia feria secunda in missa defunctorum nostri memoria sollempniter habeatur. Vt autem hæc roboris obtineant firmitatem, præsentem eis paginam sigillorum nostrorum caractere insignitam mandauimus exhiberi, coram testibus hiis notatis. *Gerbot* in sancto *Nicolao Ebeth.* in *Bauburg* magistro *Vlrico* Sancti *Iacobi* in *Babenberg* Præpositus, *Balchor Chalhobo.* Phyl. S. *Nicolai* Canonici, *Gerhobo* ministeriali Ecclesie *Salzburgensis*, *Vlrico* de *Langstorf*, *Heinrico* Canonico in *Suben.* aliisque quam pluribus, quorum non sunt nomina subnotata. Acta sunt hæc anno Domini M. CC. XLI. lectione. XIII. Datum *Crēmse* VI. Calendas Octobris. Nos itaque prædicti Præpositi supplicationibus inclinati, priuilegium prænominatum sicut de verbo ad verbum expressum est fauorabiliter approbauimus, innouauimus & præsentis scripti patrocinio confirmauimus. Dantes has literas sigillo nostro munitas in euident testimoniū super eo datum; *Wienn.* An. Domini M. CCC. Tertio decimo, XI. Cal. Maij

LEONARDVS Dei & apostolicæ sedis gratia Episcopus *Patauicæ.* Vniuersis & singulis præsentem paginam inspecturis salutem in Domino sempiternam, ad perpetuam rei memoriam. Accedens præsentiam nostram Vener. in Christo nobis sincerè dilectus *Mattheus* Præpositus Monast. in *Suben* ordinis sancti *Augustini* Canonice regularium nostræ Dioc. nobis vnum priuilegium quondam Reuer. patris Domini & immediati prædecessoris Domini *Georgij Pat.* Episcopi felicis memoriæ obtulit & produxit duorum etiam prædecessorum nostrorum videlicet *Mangoldi* & *Gosfridi* similiter eiusdem *Patauienfis* Ecclesie Antistiti recordationis felicis in se priuilegia continens non abolutum non rasum neque cancellatum, omni prorsus vitio carens & suspicione, Domini *Georgij* nostri que vener. Capituli *Patauicæ.* veris sigillis sigillatam, cuius tenor per omnia sequitur in hæc verba. *Georgius* Dei & apostolicæ sedis gratia Episcopus *Patauicæ.* Vniuersis Christi fidelibus præsentem nostras literas inspecturis salutem in Domino, Ad noticiam præsentium & memoriam futurorum consti-

